



Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs

Tractatus de Beatitudine, de Actibus humanis, eorumque Moralitate, de
Virtutibus ac Donis, de Vitiis ac Peccatis, & de Legibus, nec-non
Dissertationem Theologicam de Probabilitate

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniæ Agrippinæ, 1671

Disp. V. De dotibus & aureolis Beatorum

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78232](#)

Respondeo secundo, quod si instanté aliquo præcepto supernaturali, Deus omne auxilium efficiat; omnemque ad agendum concursum denegaret, omisio talis præcepti non esset privativa & culpabilis, sed pure negativa & inculpabilis: nam, ut in tractatu de peccatis ostendimus, utrumkilio sit voluntaria & culpabilis, debet necessariò habere annexum aliquem actum, qui sit causa vel occasio omitendi, qui que per ordinem ad omissionem sit intrinsecè & positivè malus: Si autem Deus omnem concursum ad agendum beato denegaret, eo ipso deesset illi omne exercitium liberum, nullumque posset elicere actum, qui esset causa omitendi præceptum.

Objicies quartò contra secundam conclusiōnem: Porcelli Deus hominem in peccatum mortali existentem, ad visionem beatificam elevare, non infundendo illi gratiam sanctificantem: Sed in tali casu viatio beatifica & peccatum habituale simul existerent: Ergo illa possunt per absolutam Dei potentiam simul existere. Major videtur certa: ad visionem enim beatificam solum requiri lumen gloriae, quod tribui potest sine infusione gratiae. Minor etiam vide raperatur: cum enim peccatum habituale essentialiter consistat in privatione gratiae, non potest expellere infusione illius: Sed in tali casu non infunderetur gratia, ut supponimus: Ergo peccatum habituale non tolleretur, sed remaneret & simul existeret cum visione beata.

Respondeo primò, negando Majorem: nam sicut non potest per absolutam Dei potentiam elicere vitalis, absque principio radicali virtutis nec visio beata, sine gratia cum visio sit adū perficere vitalis vitalitate supernaturalis; gratia vero principium radicale vita supernaturalis; ut in tertia ratione secundæ conclusiōnis fuisse expeditum.

Respondeo secundo, data & non concessa Majori, negando Minorem. Ad cuius probationem dicendum est, peccatum habituale non consistere essentialiter in privatione gratiae preciè & absolute sumpta, sed in privatione gratiae, ut voluntaria, cum ad peccatum ratio voluntarii necessariò requiratur: unde si Deus à iusto dormiente auferret gratiam, per suspensionem concursus conservativi illius, licet ille careret gratia, nontamen haberet maculam peccati, quia illa carentia non esset illi voluntaria. Idem cum proportione dicendum est in proposito: licet enim homo ille ad visionem beatificam elevatus, gratia sanctificantem careceret, non tamen propterea maculam peccati, seu peccatum habituale haberet: quia cum visio beatifica sit ex se & ex sua natura virtualis & implicita peccati refractario, ut supra ostendimus, talis carentia non remaneret amplius voluntaria. Unde quando dicitur, quod carentia gratia non potest tolli, nisi per ejus infusionem, distinguendum est: non potest tolli physice, & in ratione puræ negationis, concedendum est: non potest tolli moraliter, & in ratione privationis, seu carentia voluntaria, negandum: ut enim hoc secundo modo tollatur, sufficit quod ponatur actus formaliter aut virtualiter refractans, & destruens rationem voluntarii, qua in ea includitur.

Objicies ultimo: Visio beatifica & peccatum habituale non opponuntur: Ergo possunt

Tom. III.

A esse simul, saltem per absolute Dei potentiam. Consequentia patet, Antecedens probatur. Opponita debent esse in eodem subjecto: Sed visio beatifica & peccatum habituale sunt in diversis subjectis; nam visio est in intellectu, peccatum vero habituale, ut dicit privationem gratiae sanctificantis, est in essentia animæ, in qua immediate recipitur ipsa gratia; ut vero importat aversionem à Deo ut ultimo fine, est in voluntate, in qua est ipse amor; seu conversio in Deum ut ultimum finem: Ergo Visio beatifica & peccatum habituale non opponuntur.

Respondeo primo, quod licet visio beatifica & peccatum habituale non opponuntur forma-

B liter & immediate, opponuntur tamen radicaliter & mediately: quia visio beatifica est radix amoris, qui formaliter & immediate opponitur peccato habituali, & dicit aversionem à Deo ut ultimo fine & rationem voluntarii in eo inclusam formaliter destruit; sicut rationalitas virtualiter seu radicaliter hinnibilitati opponitur, quia est radix risibilitatis, quæ formaliter opponitur hinnibilitati. Unde quemadmodum si Deus de potentia absoluta risibilitatem a rationalitate se jungeret, rationalitas tamen cum hinnibilitate stare non posset: ita pariter si à visione beatifica amorem separaret, ejusque impidiret resultantiam, nihilominus illa peccatum habituale à se excluderet, & cum eo esset incompossibilis.

Respondeo secundo: quod licet visio beatifica, formaliter sub ratione visionis non opponatur immediate peccato habituali, ut importat aversionem à Deo ut ultimo fine, bene tamen sub ratione intentionis seu comprehensionis: quia sub hac ratione presentat voluntati summum bonum, in quo tanquam in termino ipsa quiescitur infra patebit, cum agemus de dotibus anime beatæ.

Addo quod, quamvis visio beatifica & aversio à Deo sint in diverso subjecto quo, sunt tamen in eodem subjecto quod, scilicet in anima: sicut autem operari est proprium substantium, ita & consequi finem, & ab illo averti: unde non potest eadem anima per visionem beatificam consequi ultimum finem, & simul esse ab illo aversa per peccatum habituale.

DISPUTATIO V.

De dotibus & aureolis beatorum.

Quamvis Angelicus Doctor hic de dotibus & aureolis beatorum non disputet, sed reservet ad finem tertiae partis: quia tamen morte præventus illum tractatum non edidit, & supplementum ad tertiam partem communiter in scholis non exponitur; visum est disputationi de proprietatibus beatitudinis istam annexere, & breviter de dotibus & aureolis beatorum hic differere. Pauca etiam de fructibus Evangelicis hic subnectemus, quia de his hic differunt plures Theologi.

DISPUTATIO QVINTA

74

ARTICULUS PRIMUS.

*Quot, & quæ ponenda sunt dotes in anima
beata: & an illæ sint habitus vel
operationes?*

§. I.

Pramittitur quod apud omnes est certum.

Supponimus tanquam certum & indubitatum apud Theologos, in beatis dotes deberre admitti. Dos enim à Juri speritis accipitur pro dono quod sponsa datur, quando in dominum sponsi solemniter traducitur, tum in solarium matrimonii, ejusque sustentationem, tum in ornatum ipsius sponsæ, ut dicitur lege *doris* *de jure dotum*: unde cum in beatitudine sit coniunctio perpetua inter animam & Deum, & veluti spirituale quoddam connubium, recte à Theologis assignantur dotes, quasi ornamenta quadam sponsæ, alia quidem ex parte animæ, de quibus in præsenti agimus; & alia ex parte corporis, de quibus articulo sequuntur.

Dices primò: Dos secundum jura non consistet dari à parte sponsi, vel ab ipso sponso, sed à parte sponsæ: Atqui omnia dona beatitudinis dantur beatis à parte sponsi, scilicet Christi, secundum illud Jacobi 1. *Omne datum optimum, & omne donum perfectum, de sursum est descendens à Pater luminum*: Ergo dona beatitudinis non possunt appellari dotes, per similitudinem ad matrimonium carnale.

Respondeo primò, quod licet regulariter sponsa datur à parteli suo, tamen aliquando dotatur à patre sponsi, aut ab ipso sponso, vel in pœnam, ut si ipse seduxit virginem & corruptit, ut dicitur Exod. 22. vel propter inqualitatem conditionis, ut si puella sit longe nobilior, aut junior; vel denique ex nimio affectu & amore ad sponsam, cuius paupertatem aut desolationem vult dote recreare: unde Genes. 34. Sichem ob ardente amorem erga Di-nam dixit Jacob & filii eius: *Augete dotem, & postulare munera*. Et propter hanc ultimam rationem, in beatitudine dos tribuitur animæ beatæ ab ipso sponso, sive à Christo, ob nimiam scilicet charitatem quæ eam diligit.

Secondò responderi potest cum D. Thoma in supplemento quest. 95. art. 1. ad 2. coacessia Majori negando Minorem: nam Pater sponsi, scilicet Christi, est Persona sola Patri; Pater autem sponsæ est tota Trinitas: effectus autem in creaturis ad totam pertinet Trinitatem. *Vnde hujusmodi dotes in spirituali matrimonio, proprie loquendo, magis dantur à patre sponsa, quam à patre sponsi.*

Dices secundò: Dos assignatur sponsæ & traditur sponso, ad sustinenda onera matrimonij: Atqui in matrimonio spirituali animæ ad Deum, quod incipit in via per fidem & charitatem, & consummatur in patria per claram Dei visionem, nulla sunt onera, sed potius summa jucunditas & delectatio: Ergo in eo dos assignari non debet.

Respondet D. Thomas loco citato in solutio-ne ad 3. quod *doribus per se convenit illud quod per dores efficitur, scilicet solarium matrimonij, sed per accidens, illud quod per eas removetur, scilicet onus matrimonij quod per eas levatur; sicut gracia per se*

A competit facere justum, sed per accidens, quod impio faciat iustum. Quamvis ergo in matrimonio spirituali non sint aliqua onera, et tamen ibi summa jucunditas; & ad hanc persicendam dotes sponso conferuntur, ut felicitate delectabiliter per eas sponso con-jungatur.

Addo quod, dos non assignatur solum ad sustinenda onera matrimonii, sed etiam ad decentiam & ornatum sponsæ, ut sic decen-tius conjungatur sponso: unde alia est dos naturalis, quæ ipsi feminis à natura tribuitur, scilicet virginitas & pudor; alia civilis, quæ confititur in bonis fortuna & divitiis: ut ergo anima beatæ exornetur & decoretur, ac decen-tius celestis Sponso conjungatur, debent illi assignari & conferri dotes, quando in dominum Sponsi solemniter traducuntur, & in celestem patriam introducuntur. Quærimus igitur, quot & quæ in hujusmodi dotes, & an illæ sint habitus vel operationes?

§. II.

Veraque difficultas, duplice conclusione resoluta.

Dico primò: Tres tantum sunt dotes animæ beatæ, scilicet visio, comprehensio, leuen-tio, & delectatio. Ita D. Thomas 1. p. qu. 12. art. 7. ad 1. & in supplemento qu. 95. citata, art. 3. & alii Theologi communiter.

Probatur conclusio ratione fundamentali,

De ratione doris tria sunt: primum est, ut solum in patria convenientiat: nam datus ratione matrimonii consummati & indissolubili; matrimonium autem spirituale Dei cum anima, quod hic inchoatur per fidem & charitatem, solum consummatur & redditur indissolubile in patria; adeoque solum in patria dotes sunt admittenda. Secundum est, quod ad solum Sponsum dos terminetur & referatur: matrimonium enim facit ut sponsa fiat unus spiritus cum Sponso cœlesti; atque adeo sola illa perfectio quæ cum Sponso conjungit, nomen doris meretur. Terrium est, quod eadem dos respondat solis virtutibus Theologicis: quia enim perditas solis contrahuntur sponsalia in hac vita, propterea illud Osee 2. *Sponsabo te mihi in fide*, ideo dotes matrimonium ornantes illis solum debent correspondere. Atqui (subsumo) solum tribus praeditis, visioni scilicet, comprehensioni, & delectationi, tria enumerata convenient: Ego tres tantum sunt dotes animæ beatæ &c. Minus subsumpta probatur: & in primis, quod tres enumeratae conditions, tribus praeditis conveniant, patet: nam illa tria convenient animæ solum in patria; eam intime cum celesti Sponso conjungunt: & fidei, ratione claritatis correspondet visio, illiusque imperfectionem & obscuritatem excludit; comprehensio autem correspondet spei, nam per illam tenemus Deum, ad quem currebamus per spem, unde illius imperfectionem tollit; denique delectatio charitati correspondet, illiusque imperfectionem removet, quatenus objectum, quod absens per charitatem amabatur in via, fit praefens per gaudium & delectationem in patria: Ergo &c.

Quod autem nulli alteri perfectioni hæc tria competitere possint, videtur etiam manifestum: nam gratia, charitas, virtutes morales, dona spiritalia

spiritus Sancti, gratia gratis data, & similia A dona vel charismata, communia sunt via & patie: peculiares autem revelationes quas beati habent extra verbum, aureola, & alia gaudia accidentia, versantur circa aliquid creatum, non circa ipsum Deum immediate; neque correspondent virtutibus Theologicis, quibus contrahuntur sponsalia in hac vita.

Addo quod dos (ut docet D. Thomas loco citato) disponit & habitas ipsam ad ipsam beatitudinem, quasi ad conjunctionem cum Deo, non autem illam comitatur aut consequitur; unde etiam in civilibus dona quae sponsus post consummationem matrimonii largitur sponsa, non dicuntur proprios, sed sponsalitiae largitas, aut donatio inter conjuges: At praefatae particulares revelationes, seu charismata, post beatitudinem consequuntur in anima, nec omnibus beatis sunt communia, sicut dores, sed quibusdam tantum, ut aureola: Ergo nulli alteri, praterquam visioni, comprehensioni, & delectationi, conditiones ad rationem dotis requiri convenient. Ex quo solvuntur omnia argumenta, quae contra hanc conclusionem fieri solent.

Dico secundum: Dotes consistunt in habitibus, connotando operationes, tanquam proprios actus.

Eit contra plures ex Recentioribus, qui dores anima non esse habitus, sed actuales operationes docent, vel supponunt. Est tamen D. Thomae loco supra citato ex supplemento art. 2. in corp. ubi sic ait: *Dicendum quod beatitudo & dos realiter differunt, ut beatitudo dicatur ipsa operatio perfecta, quae anima beata Deo coniungitur; sed dotes dicuntur habitus, vel diffinitiones, vel quaecumque aliae qualitates, que ordinantur ad hujusmodi perfectam operationem.* Et in l. 3. ad 3. *Visio* (inquit) *dupliciter potest accipi, uno modo actualiter, id est pro ipso actu visionis; & sic visio non est dos, sed est ipsa beatitudo: in modo potest accipi habitualiter, id est pro habitu quo talis operatio elicetur, id est pro ipsa gloria & charitate, quae anima divinitus illustratur ad Deum videndum;* & sic est dos, & principium beatitudinis.... Et similiter dicendum ad quartum de frumentis.

Nec valeat quod aliqui dicunt, D. Thomam tractasse illam sententiam hic qu. 4. art. 3. dotes anima explicando nominibus importantibus operationem, dum art: *Necesse est ad beatitudinem ipsa tria concurrere, scilicet visionem, quae est cognitio perfecta intelligentis finis; comprehensionem, quae importat presentiam finis; & delectationem vel fruitionem, quae importat quietationem rei amatae.* Non valeret (inquam) tum quia in illo articulo non loquitur de visione, comprehensione, & fruitione, ut sunt dotes, sed ut sunt operationes quadam beatitudinem constituentes, vel ad illam pertinentes, nec ullam planè dotes facit mentionem: tum etiam quia loco citato ex supplemento, eodem modo visionem & fruitionem appellat nominibus importantibus operationem, & tamen nulli dubium esse potest, ibi tenuisse nostram sententiam: Ergo quod iisdem nominibus hic utatur, non potest esse signum retractationis. Adde quod, ut predicta dotes nominibus importantibus operationes explicentur, sufficit quod illas in oblio: quo & de connotato importent, ut afferit secunda pars conclusionis.

Tom. III.

Probatur insuper conclusio ratione fundamentali, quam idem S. Doctor locis citatis insinuat: Dotes disponunt & exornant animam ad intimam conjunctionem cum Deo, ut ex supra dictis patet: At visio, comprehensio, & delectatio, ut sunt operationes, non disponunt animam ad talem conjunctionem, sed vel sunt ipsa conjunctione, vel aliquid eam subsequens: Ergo ratio dotes non actibus, sed habitibus competit.

Confirmatur: Ratio dotis transfertur à Theologis ex propria significacione, quā importat munus datum sponsa in carnali matrimonio, ad significanda ornamenta, quae animam beatam perficiunt in supernaturali conjugio: At in prima significacione, non actum, sed habitum important: Ergo & in secunda habitum, & non actum, debent significare.

Confirmatur amplius: Sicut in matrimonio carnali nullus nisi ridiculus, assignare potest pro dote ipsam consummationem matrimonij, aut aliquid consequitum ex consummatione, sed necessariō assignari debet aliquid antecedens, & quasi habilians & ornans sponsam, ut conjugatur sposo, & traducatur in domum ejus: ita pariter absurdum videtur, assignari pro actibus anima beata ipsam visionem, qua est ipsa consummata affectio finis, & conjunction ad Sponsum, seu consummatio supernaturalis matrimonij, quod Deus contrahit cum anima beata, & delectationem seu fruitionem, quae sunt operationes post consummationem secuta: Ergo dotes anima beata, non in hujusmodi operationibus, sed in habitibus luminis gloria & charitatis, eas antecedentibus, debent formaliter confitentes; & hujusmodi actus ad summum de connotato & in obliquo importare, ut afferit secunda pars conclusionis. Quod ut magis declaratur, & Adversariorum argumentis occurratur:

Advertendum est, duplarem rationem seu formalitatem in his habitibus reperi: nam primò habent quod sunt principia eliciendi operationes, que vel sunt consummatio beatitudinis, vel ad illam sequuntur; & sic non magis induunt rationem dotis, quam ipsa consummatio matrimonij; secundò, quod elevant animam ad quandam statum altiore, & dissimilem à statu via, ratione cuius non possum amplius habere imperfectiones hujus virtutis; & sub hac ratione induunt rationem dotis; id est ornatus, dispositionis, & habilitationis sponsa ad illas nuptias divinas. V. G. lumen gloria non solum habet munus eliciendi visionem Dei, sed etiam disponendi intellectum ad recipiendam divinam essentiam loco speciei, & ita clarificandum intellectum, quod non sit capax ullius obscuritatis & fidei, sed solum evidentiæ & claritatis; & sub hac ratione vocatur visio habitualiter & per modum dotis, quatenus ex vi illius luminis videntur summum visibile, & non remanet intellectus in statu illius obscuritatis & imperfectionis. Similiter comprehensio quatenus est dos, dicit eundem habitum luminis gloria, non ut clarificantem intellectum, & disponentem ad recipiendam essentiam divinam ut speciem intelligibilem (sub hac enim ratione & formalitate, ut diximus, constituit dotem visionis) sed ut tenentem habitualiter ipsam visionem, qua est tentio seu comprehensio actualis, ut magis constabat ex infra dicendis. Dos

K 2

denique

DISPV TATIO QVINTA

76

denique fruitionis seu delectationis, est ipse habitus charitatis, non ut est principium amoris (sub hac enim ratione reperitur etiam in via) sed ut causans delectationem beatificam, quæ specie ab amore differt, & ut sic solum repertur in patria.

15 Dices: Essentialis beatitudo consistit in operatione: Ergo ornamenta illius, qualia sunt dotes, in operatione, & non in habitu debent consistere. Consequens pater: operatio enim non dicitur cum proprietate ornari per habitus.

Confirmatur: Dotes matrimoniorum exornant, ut accidentia illius, & consequenter illud consummatum supponunt: At matrimonium consummatur essentialiter beatitudine consistente in actu: Ergo dotes non in habitibus, qui beatitudinem essentialiter præcedunt, sed in actibus illam consequentibus sunt constituenda.

16 Ad instantiam respondeo, dotes esse ornamenta beati in concreto, non autem beatitudinis in abstracto; nisi ea ratione quæ dispositio a recedens vel concomitans formam, paret dici ornamentum illius: Beatus autem habitibus & actibus exornatur, illis ut dotibus, istis ut complemento dotum. Ex quo patet solutio ad confirmationem: dotes enim non tam matrimonium quam contrahentes exornare dicuntur.

§. III.

Corollarium notatu dignum.

17 EX dictis inferes contra aliquos ex nostris Thomistis, dotem comprehensionis, neque in relatione ad finem præsentem & habitum in voluntate existentem, neque in habitu charitatis consistere, sed in habitu luminis gloriae, ut tenente habitualiter visionem, quæ est tentio & comprehensionis actualis.

18 Prima pars patet ex dictis: Nam ex D. Thomas supra ostendimus dotes esse habitus, qualitates, aut dispositiones: Sed comprehensionis veram habet rationem dotis: Ergo non in relatione, sed in habitu consistit.

Confirmatur: Comprehensionis est terminus infestationis spei, & illius imperfectionem excludens: At infestatio spei non est ad relationem, sed ad ejus fundamentum, per quod spei imperfessio excluditur: Ergo non in relatione, sed in aliquo relationem fundante debet consistere.

19 Secunda pars suadetur: Comprehensionis idem est quod tentio & affectio: Sed a se & tenere objectum, non spectat ad voluntatem, quæ affectiva non est, ut docuit D. Thomas supra qu. 3. art. 4. Ergo comprehensionis est habitus luminis gloriae existens in intellectu, qui affectivus est, & veluti manus intellectualis animæ, quæ objecta tenet & apprehendit, ut disp. 3. art. 2. fusè expeditum.

§. IV.

Solvuntur objectiones.

20 Objicies primò: D. Thomas hic quæst. 4. art. 3. ad 2. ait: *Sicut ad voluntatem perrinet ipsæ & amor.... ita etiam comprehensionis & delectatio.* Et in resp. ad 3. *Comprehensione, inquit, non est aliqua operatio, præter visionem, sed quadam habitu ad finem habitum.* Ergo ex D. Thoma comprehensionis spectat ad voluntatem, nec est operatio, vel habitus, sed

A habitudo voluntatis ad finem jam habitu voluntatem, non elicitive, sed obiective & terminative, in quantum sumnum bonum, comprehendens per intellectum, est obiectum voluntatis, & finis seu terminus in quo voluntas quiescit.

Ad illud quod subditur, dicendum est comprehensionem importare prædictam relationem in voluntate, non ut constituentem dorem, sed ut quid consequitur ad illum: ex eo enim quod intellectus per lumen gloriae & beatitudinem visionem finem consequitur, resultat in voluntate relatio seu habitudo ad finem jam habitum, in quo tanquam in termino voluntas quiescit.

Objicies secundò: Visto & comprehensionis sunt dotes distinctæ: At visionis dotes consistit in lumine gloriae, ut habitualiter Deum vident: Ergo comprehensionis non in lumine, nec in alio quod ad intellectum, sed ad voluntatem spectante, debet consistere.

Respondeo prædictas dotes solum ratione distinguiri; ad quod sufficit quod lumen, ut dotes visionis, tendat ad Deum ut clare videndum, & correspondeat fidei; ut vero comprehensionis est, tendat ad Deum, ut voluntati tenendum & proponendum, & correspondat spei.

C Objici est tertio: Comprehensionis est terminus infestationis spei, ejus imperfectionem excludens: At lumen gloriae non est terminus infestationis spei, sed potius visus; cum per spem tendamus ad tenendum per habitum, sed per actum perfectè & consummate tenentem: Ergo dato quod dotes comprehensionis spei res ad intellectum, non in habitu luminis, sed in actu visionis deberet constitui.

Respondeo distinguendo Majorem: Est terminus infestationis spei, exornans & disponens animam ad conjunctionem cum Deo, concedo Majorem: terminus conjunctionis cum Deo, nego Majorem. Similiter distinguo Minorem: lumen gloriae non est terminus infestationis spei, actu conjunctionis cum Deo, concedo Minorem: exornans & disponens ad conjunctionem cum Deo, nego Minorem, & consequentiam, itaque per spem tendamus ad conjunctionem cum Deo, quæ sit per visionem, tendimus etiam ad ornatum animæ, illum ad prædictam conjunctionem disponentem; & hæc secunda tendentia tollitur per lumen gloriae, animam exornans & disponens ad auctiam cum Deo conjunctionem: dotes autem comprehensionis, non in actu conjunctione cum Deo, sed in ornamento anime ad illam disponentes, debet consistere, ut ex supra dictis patet.

ARTICULUS II.

Quatuor dotes corporis gloriose explicantur.

Quemadmodum in ingressu beatitudinis quæ anima desponsata Christo, & ad matrimonium, domum, & gremium sponsi, indissolubilis nexu ex tunc admissa, accipit tres dotes, scilicet visionem, comprehensionem, & fruitionem, ut articulo præcedentem ostensum est: ita corpus in resurrectione, quando animæ beatæ conjunctæ

getur, quatuor dores seu ornamenta recipiet, a
tempore impassibilitatem, agibilitatem, clarita-
tem, & subtilitatem, ut fiat dignum habitacu-
lum anime gloriose, & Deo deponitae. Sicut
enim (inquit S. Doctor 4. contra gentes cap. 86.)
anima hominis elevabitur ad gloriam spirituum cae-
lestium, ut Deum per essentiam videat.... ita ejus
corpus sublimabitur ad proprietates celestium corpo-
rum, inquantum erit clarum, impassibile, absque
difficultate & labore mobile, & perfectissime suam for-
mam perficit. Unde Paulus i. ad Corinth. 15. Se-
minatur corpus nostrum in corruptione, surget in incor-
ruptionem: seminatur in ignobilitate, surget in gloria:
seminatur in infirmitate, surget in virtute: seminatur
corpus animale, surget corpus spirituale. Id est, corpus
nostrum in hac vita est obnoxium corruptionis &
morti, committiturque sepulture, ut semen co-
minxit agro: sed resurgit incorruptibile, im-
passibile, clarum, agile, & subtile, ac perfecte
subiectum spiritui, & quasi ad conditionem spi-
ritus elevatum: tunc enim (inquit idem Apo-
stolus ad Philip. 3.) Christus reformabit corpus
humilitatis nostra configuratum corpori claritatis
sue: id est, efficiet corpora nostra similia cor-
pori suo glorioso, & iisdem donibus & perfe-
ctionibus illa dotabit, quibus in resurrectione
principio ornatus. Unde praeclarè Leo Papa ho-
mil. de Transigur. ait: In illo Christi mysterio spes
iustitiae fundabatur, ut totum agnosceret quā esset
summatione donandum, & ejus honoris con-
fervum sibi membra promitterent, qui in capite
præfusserunt.

S. I.

Prima dos corporis gloriofi.

DPRIMA DOS CORPORA GLORIOSA EST IMPASSIBILITAS,
qua non solum mortem & corruptionem,
sed etiam omnem dolorem & passionem laxi-
vam seu corruptivam excludit: unde corpora
damnatorum, quamvis futura sint incorruptibilia
& perpetua, non tamen impassibilia, quia non
erunt experientia passionis nocivæ, sed acerbissi-
mos secundum omnes sensus patientur dolores.
Dixi autem passionis lassiva seu corruptiva: quia dos
impassibilitatis non excludet passionem perfe-
ctivam, qualis est receptio aethorium immanen-
tium, sensitivarum & accidentium omnium
periclitantium, sed solum passionem laxivam &
corruptivam, secundum quam alteratur subje-
ctum & male disponitur.

E Si autem quæras unde dos illa in corporibus
gloriosis provenier? Respondeo cum D. Thoma
in 4. dist. 44. qu. 2. art. 1. illam ex plena & per-
fecta subiectione corporis ad animam, tanquam
a prima rapice, orituram. Sicut enim corrupti-
bilitas in corporibus sublunariis ortum habet
ex imperfecto dominio formæ in materiam, ac
non plena subiectione materiæ ad formam;
quomodo dixit Philosophus i. Physic. cap.
ultimo, Materiam non satiatam formam machinare
maluerunt; quia nimis dum formam eam com-
plete non actuat, nec totum ejus appetitum ex-
plet, ipsa materia dat locum alterationibus &
dispositionibus pro introductione formæ con-
trarie: converso autem corpora cœlestia ideo
sunt incorruptibilia, quia forma totaliter do-
minatur materiæ, totaliterque illam ad suum
esse trahit, ut expleat totum ejus appetitum,
ne relinquit famelicum alterius formæ, sic-

A que materia non dat locum alterationis corrup-
tivæ introducenti dispositiones ad eam for-
mam: ita pariter, quod corpus nostrum in natu-
ra sua corruptibile, redditur incorruptibile, pro-
venire debet ex dominio anime supra ipsum,
seu ex plena subiectione ipsius ad animam, quæ
sunt, ut materiæ potentialitas & appetitus ita
maneant expiata, aut saltem cohibita & ligata
ad ipsam formam seu animam, ut nulli altera-
tioni vel dispositioni ad aliam locum aperiant,
aut relinquant.

§. II.

Secunda dos corporis gloriofi.

BECUNDA DOS CORPORA GLORIOSA DICITUR SUBTILI-
TAS: cuius præcipuus effectus erit, corpus
gloriosum ab omnitem rei & labi concretione &
crassitie redire liberum, ipsumque, alioquin
animale & terrestre, efficere quasi celeste &
spirituale, juxta illud Apostoli i. ad Corinth.
15. Seminatur corpus animale, surget corpus spiri-
tale. Non quidem quod post resurrectionem
corpus mutandu[m] sit in spiritum, ut quidam
hæretici olim dicebant, quorum meminit Au-
gustinus i. 3. de civit. cap. 20. vel quia æri aut
vento simile erit, ut somniabat olim Eutychius
Patriarcha Constantinopolitanus, sicut reterit
D. Gregorius i. 4. moral. cap. 29. & ultimo: sed
quia erit spiritu perfecte subiectum, & quasi
ad conditionem spiritus elevatum, ut supra di-
ximus.

Quod ut magis percipiatur, adverendum
est quod anima rationalis & dicitur anima, &
vocatur spiritus: primum convenit illi, inquantum
informat corpus in ordine ad actiones vita-
les omnino materia es, sicut sunt operationes
partis vegetativa, generatio, nutritio, augmenta-
tio, &c. in quo coheredit cum ceteris formis
vitalibus materia immersis: posteriorius vero con-
venit illi, inquantum haber assinitatem cum
intelligentiis & substantiis separatis. Quia igitur
tum in resurrectione anima non exercet per
corpus, nisi operationes aliquo modò spiritua-
les, & valde elevatas super materiam, cessa-
bitque ab operationibus partis vegetativa, pu-
re materialibus & animalibus; ut et illud Apostoli
i. ad Corinth. 6. Esca ventri, & venter esci:
Deus autem & hunc & illas defruet: id est, post re-
surrectionem nullus erit escarum & ciborum
usus, nullum ventris in illis digerendis officium;
ideo dicetur illud informare, non tam ut anima,
id est, ut animalis forma, quam ut spiritus &
intelligentia; & corpus sic informatum, tunc
non dicetur animale & terreste, sed subtile &
spirituale.

F In hoc convenient omnes Authores: sed
difficultas & controversia est, an dos subti-
litatis non solum hunc effectum tribuere de-
beat corpori gloriofo; sed etiam vim & fa-
cultatem penetrandi omnia alia corpora, seu
esse penetrative in quolibet alio corpore quan-
tumvis solidi, illi communicare? Partem affir-
mativam tenent plures ex Recensioribus, qui
pro hac sententia citant Scotum, D. Bonaven-
turam, & alios: eamque probantum ex ery-
mologia nominis; nam subtile significare vi-
deretur penetrabile, seu penetrativum, & ideo
subtile vocamus intellectum, vel visum, qui
objectum usque ad intimam penetrat: tunc
etiam

etiam quia corpus Christi (eui per resurrectionem corpus nostrum conformabitur) per dote m subtilitatis habuit, quod post resurrectionem sepulchrum penetraret, & clausis januis ad discipulos intraret. Unde Ambrosius lib. 1. in Lucam cap. ultimod : Christus stetit in medio discipularum januis clausis; non per incorpoream naturam, sed per resurrectionis corporis qualitatem, impervia usu claustra penetrans. Nos autem in corpore simili corpori Christi resurgentemus: seminatur enim corpus nostrum animale, resurget spirituale. Et Laurentius Justinianus lib. de discip. & perfect. Monachorum cap. 23. Caro (inquit) cum in hac vita degit, & peregrinatur a Domino, animalis natura est; post vero resurrectionis gloriam, tota spiritualis efficietur, ita ut unne solidum ei sit pervium: non clavistris teneri poterit inclusa, non vinculis religata, non restricta custodibus, sed liberam ingrediendi & egrediendi ubique recipiet facultatem.

31 Nihilominus dicendum est, dote m subtilitatis physicè, seu efficients & activè, hunc effectum non praestitum, sed moraliter tantum, quatenus ad eum præsentiam, & in signum talis dotis præstabitur penetratio illa à Deo, ad voluntatem Beati. Ita S. Thomas in Supplemento quæst. 83. art. 2. ubi sic discutit: Restat ergo quid necessitas distinctionis duorum corporum in situ, causetur à natura quantitatis dimensione, cui per se convenit situs..... Subtilitas autem à corpore gloriose dimensionem non auster; unde nullo modo auster illi predicitam necessitatem distinctionis situs ab alio corpore; & ideo corpus gloriose non habebit ratione sua subtilitatem quod posset esse simul cum alio corpore, sed poterit simul cum alio corpore esse ex operatione divina virtutis. Sicut etiam corpus Petri non habuit ex aliqua proprietate inedita, quod ad umbram eius sanarentur infirmi, sed hoc siebat virtute divina ad edificationem fidei: ita faciet virtus divina ut corpus gloriose posset simul cum alio corpore esse ad perfectionem glorie.

Notat tamen idem S. Doctor in 4. dist. 44. quæst. 2. art. 2. quæst. 4. quod quamvis modò dicto corpus gloriose posset penetrare non gloriose, duo tamen corpora gloriae nunquam se penetrabunt: quia licet hoc de potentia absolute non repugnet, non est tamen convenientis (inquit) quod corpus gloriose sit simul cum alio corpore gloriose: tum quia in eis servabitur debitus ordo, qui distinctionem requirit: tum etiam quia unum corpus gloriose non se operat alterius & sic nunquam duo corpora gloriae erunt simul.

32 Ad fundamentum autem oppositæ sententiae dicendum est, quod hoc nonen subtilitas non solum vim penetrandi designat, sed etiam immunitatem ab omni crassitate, & terrena labi concretione, qua ut ostendimus, est præcipuum hujus dotis effectus. Unde Albertus Magnus in 4. dist. 44. quæst. 5. Corpora Sanctorum vocantur subtilia, quoniam fomes, crassities, & alia ignobiles proprietates erunt eis ablatae.

Ad illud quod subditur, responderet D. Thomas loco primò laudato in resp. ad 1. Quod corpus Christi non habuit ex subtilitate dote quod posset esse simul cum alio corpore in eodem loco, sed hoc secundum est virtute Divinitatis post resurrectionem sicut in nativitate, quando, ut inquit D. Gregorius, ex clauso exit utero Virginis. Et super caput 15. epist. 1. ad Corinth. lect. 6. Non negandum est

(inquit) quin corpus gloriose posset esse simul cum alio corpore in eodem loco: quia corpus Christi post resurrectionem intravit ad discipulos januis clausis, cui corpus nostrum in resurrectione conformandum speramus. Sed sicut corpus Christi hoc habuit, non ex proprietate corporis, sed ex virtute Divinitatis unitate: ita corpus cuiuslibet Sancti hoc habebit, non ex dote, sed ex virtute Divinitatis existente in eo: per quem modum corpus Petri habuit quod ad umbras eius sanarentur infirmi, non per aliquam proprietatem ipsius. Nec obstant verba Ambroli supra adducta; his enim solum significare voluit, quod sicut corpus Christi, ratione dotis subtilitatis, jus aliquod morale habuit, ut per virtutem divinam, illi conaturaliter debitam, le-pulchrum penetraret, & ad Discipulos januis clausis intraret; ita & corpora gloriae post resurrectionem, ratione dotis subtilitatis quae erunt prædictissimis quoddam, & exigentiam moralē habebunt, ut Deus miraculosè cum illis concurrat ad penetrationem aliorum corporum quotiescumque voluerint. In eodem sensu intelligendus est Laurentius Justinianus, & alii SS. Patres, cum afferunt, quod corpora gloriae Sanctorum, ratione dotis subtilitatis, omnia alia corpora penetrabunt.

§. III.

Tertia dos corporis gloriose.

Tertia dos est agilitas, id est vis celeritatis; se quocumque movendi, seu maxima agilitas, quia corpus anima ad nutrimentum obediens, maximè quantum ad motum localem, ut brevissimum spatiū, ad instar avium, seu ventorum, de loco in locum se transferat. Unde Isaie 40. dicitur de Sanctis: Assument penas ut aquila, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficiunt. Et Sapient. 3. Fulgebam Iusti, & tanquam scintilla in arundo meo discurrunt; que utique magnā velocitate & celeritate moveruntur.

Circa hanc dorem primo notandum est cum S. Thoma in Suppl. quæst. 45. art. 1. quod per dotes corpus gloriose erit omnino subditum anima glorificata.... anima autem consurgit corpori non solito ut forma, sed etiam ut motor: & utroque modo oportet quod corpus gloriose anima glorificata sit summe subiectum. Unde sicut per dorem subtilitatis subiectur ei totaliter, inquit, tum est forma corporis dans esse speciem; ita per dorem agilitatis subiectur ei, inquantum est motor, ut feliciter sit expeditum & habile ad obedientium spiritui in omnibus motibus & actionibus anime.

Advertisendum est etiam, quod dōs agilitatis non tollit gravitatem & pondus naturale corporis mixti & terreni: hęc enim est proprietas illius, quia non carebit Beatus, sicut nec quantitate & lineamentis debitis, & mixtione; sed per agilitatem solum impedit usus & actus illius, non quidem omnis, sed tantum qui onerosus sit Beatus, & contra ejus voluntatem unde poterit Beatus, ratione hujus dotis, ut gravitate corporis cum voluerit descendere, temperando illam, aut etiam augendo, ut magis vel minus velociter descendat; vel totaliter impedire usum illius, si voluerit ascendere, sicut ascensit Christus.

Denique observandum est, quod licet per dōm agilitatis possit Beatus celeriter moveri, & de-

DE DOTIBVS ET AVREOLIS BEATORVM.

79

& de uno loco in alium quantumcumque distancem, brevissimo tempore, & in mora quasi imperceptibili transire, non tamen in instanti, ut docet S. Thomas loco citato art. 3. quia huic obstat ipsa natura & quidditas motus localis, qui cum sit quid successivum, & constans partibus prioribus & posterioribus, non potest fieri in instanti ut de motu angelico, tam continuo quam discreto in tractatu de Angelis ostensum est.

§. IV.

Quarta dos corporis glorioſi.

QUARTA dos corporis glorioſi est claritas, seu luciditas: circa quam dubitari potest pri-
mo, an illa inſit corporibus beatis, nontantum secundum superficiem, sed etiam secundum profunditatem, ut praedita corpora non solum sint lucida sicut ſpecula, sed etiam pervia & transparentia sicut crystallus, ita ut interior organizatio videri perfecte poſſit?

Partem negativam Tannerus h̄c dubio ſecutus Scotorum & Durandum probat, quia (inquit) singula partes corporis glorificati retinebunt ſuum colorē; ille enim requiritur ad pulchritudinem, cum pulchritudo (ut ait Augustinus 19. de civit. cap. 19.) sit partium conve-
nientia cum quadam coloris ſuavitate. Sed omnis color cauſat opacitatem, & impedit transparentiam & diaphaneitatem: Ergo corpora glorificata non erunt transparentia, sed opaca. Ad-
dit, quod decentior & optabilior est aspectus corporis humani secundum externam tantum superficiem; eo quod varietas tot partium internum & minutarum potius confuſionem patet in viſu, quam delectationem ex quo infert, quod Beati externam tantum corporis glorificati superficiem videbunt, non vero partes ejus internas.

D Opposita tamen, seu affirmativa ſententia, communio reſt apud Theologos, eamque ex-
prefte docet S. Thomas in ſuppliem qu. 85. art.
1. ad 2. ex D. Gregorio 1. moral. cap. 3. ubi ex-
ponens illa verba Job. 2.8. Non adequabitur ei au-
rum vel vitrum, ait corpora Sanctorum compara-
ti auro propter claritatem, & vitro propter transparentiam. Et cap. 36. afferit, quod post re-
furexionem patebit corporalibus oculis ipsa etiam corporis humani harmonia. Verba ejus ſunt: Auri metalum novimum porori metallis omnibus claritate fulgere. Vitri quoque natura eſt, ut extinfe-
tis via para, intrinſicus perſpicuitate perleuat. In
dio metallo quidquid intrinſicus continetur, abſcon-
datur. in vitro vero quidlibet liquor, qualis continetur
intervis, tales exterius demonstratur, atque ut ita di-
ximus, liquor in vitro vafculo clausus, patet.
Quid ergo aliud in auro vel vitro accipimus, niſi illam
ſuperiam patriam, illam Beatorum ciuium societatem,
quarum corda ſibi invicem, & claritate fulgent,
& puritate translucente quam Joannes in Apocalypſi
conferat, cum dicebat, Et erat ſtructura muri e-
x lapide Japide; ipsa vero ciuitas aurum mun-
dem, ſimiliter vitro mundo. Quia enī in sancti omnes,
ſumma mea beatitudinis gloria, claritate fulgebunt,
claritate auro dicuntur. Et quoniam ipsa eorum claritas,
vicioſim ſit in alternis cordibus patet, & cum uniu-
erſaque uultus attenduntur, ſimiliter & conſcientia pen-
etratur; hoc iefiū aurum vitro mundo ſimile eſſe
memoratur. Ibi quippe uniuersusque menem ab al-

A terius oculis membrorum corporulentia non abſconder, ſed patebit animus, patebit corporalibus oculis IPSA ETIAM CORPORIS HARMONIA, ſicque unusquisque tam erit conspicabilis alteri, ſicut nunc eſſe non potest conspicabiliſſima ſit. Idem docent Au-
gustinus 22. de civit. cap. ultimō; & Anſelmus in elucidario.

Favet etiam Scriptura ſacra: nam March. 13. dicitur: Fulgebunt iugli ſicut ſol. & Daniel 12. tanquam ſtella: At ſol & ſtella firmamenti lu-
cent ab intrinſeco, & non ſolum quantum ad externam ſuperficiem: Ergo etiam corpora Sanctorum poſt resurrectionem erunt lucida ab intrinſeco, ſicut crystallus, topazius, adamas, & alia corpora diaphana, & non ſolum quantum ad ſuperficiem, ſicut ſpecula.

Unde ad fundamen-
tum Tanneri responderi
potest, confeſſa Majori, negando Minorem:
color enim corporis non impedit ejus transpar-
entiam & diaphaneitatem, ut docet D. Tho-
mas loco citato, & experientia conſtat: vide-
mus enim topazium ſimiliter retinere colorē fla-
vum, & diaphaneitatem ſufficientem, ut in
oppositam partem torus videatur: quod ſi in
medio eſſent alii colores virides, cerulei, &c.
cū eadem diaphaneitate haud dubiè videri poſ-
ſent. Falso etiam eſt quod addit idem Author:
quis enim conuisionem timeat, & ingentem
non speret potius voluptatem, ſi non ſolum ex-
ternam corporis glorioſi ſuperficiem videat,
ſed etiam interiorem ejus compositionem &
ſtructuram: cum in illa tot & tam stupenda ap-
pareant artis divina miracula, quae non ſolum
oculos delectare valent, ſed etiam animum rapere in admirationem, & laudem di-
vinę ſapiencię & omnipotentię. Quis, inquam,
mirā delectatione non afficietur, cum tam mi-
rabilem humani corporis fabricam unico veluti
iſtu oculi intuebitur? cum purpurantes vene,
veluti humanae arboris ordinatissimi ac delica-
tissimi rami; cum ossa, veluti ejusdem adiſici
ſolidiores bases; cum ſenſuum admirabiles offi-
cinae; & cor in medio poſitum, veluti genera-
lis quādam ſcaritudo, unde ſanguineus liquor,
per totius corporis canales diffusus, continuo
manat; cum articulorum compages, & nervo-
rum tenacissimi nodi, quibus tot & tam variæ
partes tam mirabiliter inter ſe connectuntur;
cum denique tot alia stupenda & admiranda, in
parvo corpore velut in totius orbis epilogo con-
tentā, clarè & diſtincte ab eo conſipientur.

Secundò queri potest, an luciditas ſeu lux
corporis glorioſi, ſit ejusdem ſpeciei cum no-
stra luce?

E Respondeo affirmativè cum S. Thomā loco 40
ſuprā citato art. 2. ad 1. quia utraque lux eodem
modō haber immutare viſum; licet illa ſit ex-
cellentior noſtrā in intensione, ſuavitate, aliis-
que accidentibus: unde etiam oculi non glo-
rificati lucem corporis glorioſi videre poſſunt,
ut ibidem docet S. Thomas; & patet in Apo-
ſtolis, qui viderunt lucem Christi in Transfiguratione,
& in D. Paulo qui etiam lucem corporis Christi glorioſi vidit, dum proficiſceretur
Damascum, ut ipſe testatur Actorum 26. Addo
quod, ſi dicatur lucem corporis glorioſi eſſe
diverſa ſpecie à noſtra, idem afferendum erit
de albedine, & aliis coloribus, qui erunt in cor-
poribus Beatorum: quod tamen nullus dicere
audet; cum illi eodem modō immutent viſum
ſicut noſtri.

Dices:

41 Dices: Lux corporis gloriose est supernatura-
lis, sicut alia dotes gloriose: Ergo est diversa
specie à nostra, quæ accidens quoddam natura-
le est.

Confirmatur: Species lucis quam videmus est
cum summa sua perfectione in Sole: Ergo cùm
claritas & lux Beatorum sit supra splendorem
Solis (ut Paulus dixit loco citato de splendore
corporis Christi) erit etiam supra speciem lucis
Solis.

42 Ad instantiam respondeo ex D. Thoma citato,
claritatem Beatorum esse supernaturalem,
quantum ad causam, seu modum quod produci-
tur, non quantum ad substantiam, seu speciem:
causatur enim à Deo modo supernaturali, licet
in seipso sit initiativæ naturalis: sicut homo re-
fuscat, & visus cœco restitutus, naturalem
speciem habent, licet à Deo ut auctore supernatu-
rali, sit suscitatio mortui, & illuminatio cœci.
Unde etiam dotes corporis gloriose non sunt
supernaturales quoad substantiam, quia non sunt
immediatae participationes Divinitatis, sicut
gratia, & gloria, nec simpliciter & absolutè,
quia inveniuntur in aliis corporibus, ut velocitas
seu agilitas in aliis, impensisibilis seu in-
corruplicabilitas in cœlis; sed tantum secundum
quid, seu respectivæ respectu scilicet corporis
gravis & corruplicabilis, quia in illo non inveni-
untur.

43 Ad confirmationem dicendum est, lucem So-
lis esse in maxima perfectione & intensione
quam naturaliter petit ejus species, non tamen
in omni perfectione & intensione quam potest à
Deo accipere; Deus enim potest producere lu-
cem multò majorem & intensem illa quæ re-
peritur in Sole.

Queres ultimò, an claritas illa corporis glo-
riosa immediata causetur à Deo, vel solum me-
diata, mediante scilicet gloriæ animæ, ex qua
redundet in corpus.

Respondeo ex D. Thoma 3. p. qu. 45. art. 2.
& in Suppl. q. 85. art. 1. & pluribus aliis in
locis; non solum claritatem, sed etiam alias do-
tes corporis gloriose, ex gloria animæ redundare
in corpus.

Probatur secundum: Sicut id expressè docet Au-
gustinus Epist. ad Dioscorum, ubi ait: Tam poten-
tia naturæ Deus fecit animam, ut ex ejus beatitudine
redundet in corpus plenitudo sanitatis, & incorruptio-
nis vigor: qua autem ratione dimanat ab anima
in corpus incorruptio, etiam claritas dimanare
potest; quia sicut connectitur cum beatitudine
animæ imp. fibiliæ, ita & claritas.

5 Probatur tertium: Sicut ex gratia dimanant
virtutes infusaæ morales, quæ appetitum sensitivi-
um perficiunt, ut temperantia, fortitudo, &c.
& in statu innocentia dimanabat ex gratia domini
justitia originalis, quod continebantur vires
sensitivæ, ne contra rationem rebellarent; ita
ex gratia consummata patriæ, quæ anima beata
summè unitur Deo, poterunt resultare alii quæ
perfectiones seu qualitates in corpus gloriosum,
ut operetur, & ornaret convenienter ad statum
beatitudinis; subindeque ipsa claritas & lux,
quæ est præcipuum ornamentum illius. Unde D.
Thoma 4. contra gent. cap. 8. Sicut anima divina
visione fruens, quadam spirituali claritate replebi-
tur; ita per quod redundat in anima in cor-
pus, ipsum corpus sibi modo claritatis gloriæ induetur.

Tertio probatur: De claritate corporis glo-

rioso post resurrectionem eodem proportionali-
modo philosophandum est, ac de claritate cor-
poris Christi in Transfiguratione: Sed ista à Di-
vinitate ipsius, & gloria animæ ejus derivata est,
ut ex Damasco docet D. Thomas 3. p. qu. 45.
art. 2. Ergo etiam illa ex gloria animæ beatæ
dundabit in corpus.

Nec valet si dicas cum Stare, Valentia, Agi-
dio, & aliis Recentioribus oppositum senten-
tibus, inter claritatem gloria animæ, & lucem
corporis gloriose, nullam esse per se connexio-
nem, ut hæc dicatur proprietas illius, ab ea que
emanare; cum illa sit spiritualis, & ista corpo-
rea. Non valet, inquam, quia sicut est connexio
inter potentias corporis quæ dimanant ab ani-
ma, & ipsam animam, quoniam illa sit spiritualis,
& illa corporea; & inter virtutes morales
infusaæ, & gratiam sanctificantem, quoniam illa
resideat in essentia animæ, & illa in appetitu
sensitivo subjectentur, ut temperantia & forti-
tudo: ita inter claritatem animæ beatæ & lucem
corporis gloriose, potest reperiri connexio &
colligatio, & ista dimanare ab illa quoniam una
sit spiritualis, & alia corporea. Unde in Scriptura
sapientia legitimus lucem corporalem ab Angelis,
tam bonis quam malis, esse productam ut patet
ex illo Actuum 12. Angelus Domini affluit, & le-
men resulgit in habitaculo carcere: Et exilio Apo-
cal. 1. 8. Terra illuminata est a facie ejus. Apostolus
etiam afferit 2. ad Corinth. 14. quod Sabbathus
transfigurat se aliquando in Angelum lucis &
in multis historiis legitimus Demones aliquando
cum luce apparere in corporibus astupris. De-
nique Angelos beatos influere lucem in celum
emptyrum, multorum sententia, est ut decla-
rimus in tractatu de Angelis.

ARTICULUS III.

De Aureola Beatorum.

D PRÆTER essentialiem beatitudinem, & do-
tes animæ beatæ & corporis gloriose, omni-
bus Beatis convenientes, admittunt Theologi
quasdam singulares prærogativas, aliquibus fo-
lium competentes, ob singularium virtutum e-
gregios actus, quas aureola vocant, sive corona-
ras, id est quasi diminutum premium refectu
præmij essentialis; quod aurea dicitur, sive coro-
na aurea, tum quia cum pugna & certamine ob-
tinetur; tum etiam quia Beati regnare in celo,
corona autem signum est dignitatis regiæ.

Addo quod corona, ratione figura circularis
(quæ omnium perfectissima est, & ex eo quod
principium fini conjungat, caret ipsa principio
& fine) perfectionem essentialis beatitudinis
(quæ est redditus creatura rationalis ad suum
principium, & animam suo principio & ultimo
fini indissolubiliter conjungit) recte declarat.

Porro hæc vox aureola ex Scriptura defini-
pta est: nam Exodi 25. fit mentio corona aureo-
la, quæ in mensa templi præcipiebat superponi-
corona aureæ: ubi Glossa per primam coronam
ait significari premium essentialis Beatorum;
per politam verò aureolam premium ac-
cidentale, quod essentiali superponitur.

Hujus autem aureola definitionem tradit D. 49.
Thomas 4. sent. dist. 49. qu. 5. art. 5. dicens illam
effe

quod fortassis Virgines portabant in manibus A esse Privilegium premium, privilegiata victoria respondem, Duplicem nempe victoriam in via justi reportant: unam ex vi charitatis; & huic uti præcipuæ, præcipuum responderet præmium; beatitudo scilicet essentialis, quæ aurea dicitur: alteram vero ex vi alius cuius alterius virtutis, putat fortitudinis aut virginitatis; & huic responderet beatitudo quedam accidentalis, quæ appellatur aureola.

In quo autem hoc præmium accidentale consistat, non est omnium concors sententia: aliquenim olim dicebant esse solum specialem decorum & ornatum in corporibus Beatorum, per modum alicuius figuræ vel signi corporis, quod singularem eorum dignitatem ostendet. Quam tentantem rejicit D. Thomas loco citato, quia omnis decor corporis redundat ex anima gloria: Ergo & specialis ille decor provenient ex speciali gloria animæ, quæ proinde erit beatitudo accidentalis & aureola. Unde licet in corporibus Sanctorum, qui aliquæ aureola ornant sunt, sit specialis quidam fulgor, vel decor, ne istud dicimus: hic tamen non est aureola formaliter, sed solum effectus aut signum illius.

Alii, quos etiam refert S. Thomas, dixerunt has aureolas nihil aliud esse, præter visionem beatam, datum hoc vel illo titulo: v.g. quatenus in præmium martyrum datur, dicitur aureola Martyrum; prout in præmium virginitatis consteret, aureola Virginum appellatur, &c. Sed hoc etiam merito improbat D. Doctor: si enim id est aurea & aureola, non diceretur aureola a supponi. Deinde, præmium responderet merito: Sed est speciale meritus ex pugna contra concupiscentiam in Virgine, & contra hostes fidei in Martyre: Ergo debet esse speciale præmium distinctum ab essentiali.

Dicendum ergo cum D. Thoma, aureolam esse quoddam accidentale, quod Beati participiant ex Victoria, quam in vi alicuius virtutis particularis, putat fortitudinis, aut virginitatis, reportant.

Hojus rei non ratio alia reddi potest, nisi quia nihil aliud potest assignari, in quo consistat aureola: non enim est splendor corporis, ut ostendimus, nec signum quoddam spirituale imprimatur animæ, ad modum characteris, qui in susceptione quorundam Sacramentorum imprimitur, ut quidam somniantur; nec visio, aut deliratio de Deo ut viso; hæc enim pertinent ad auram, vel formaliter, vel consecutivè, & repensuntur in omnibus Sanctis: superest ergo quod sit gaudium aliquod accidentale, de insuffigaliqua Victoria reportata: unde aureola formaliter in voluntate residet, quamvis supponat cognitionem ex parte intellectus, & ex ea quidam decor & pulchritudo redundet in corpus, ut infra patet.

Ceterum Aureolam triplicem, Martyrum scilicet, Virginum, & Doctorum, agnoscunt Theolog. Egenum non quodlibet egregium opus aureolam promeretur, sed solum insignis quedam Victoria de hoste reportata: hæc vero triplices, sicut triplices pugna contra triplicem hostem, mundum scilicet, carnem, & diabolum. Vincitur mundus contemptu mortis, quem maximum est omnium malorum, quæ possit mundos inferre: & ita felici Victoria vincunt Martyres, dum moriuntur. Vincitur caro, quæ

nos ut proprio baculo hostis cædit, inquit Bernardus, cum ejus illecebris resistitur: ita carnem subigunt Virgines, & de hoste domestico, contra quem est continua pugna, & de quo rara Victoria, gloriæ triumphant. Vincitur denique diabolus, cum à cordibus ejicitur hominum, in quibus regnat, & tyrannidem exercet; unde idem Bernardus peccatorem vocat nidum diaboli: ita Doctores, Prædictores, Scripturæ sacrae interpres, Dæmonem vincunt, quem à suo regno deturbang.

Porrò dubitant aliqui, quænam ex his tribus B aureolis potior sit ac præstantior? Ratio dubitandi est, quia aliqui SS. Patres videntur præferre Virginitatem Martyrio; at enim Tertullianus: *Majus est vivere cum castitate, quam mori pro castitate.* Et Hieronymus: *Inter omnia Christianorum certamina, duriora sunt prelia castitatis; in quibus est continua pugna, & rara victoria.* Item Cyprianus libro de habitu Virginum, assertit quod virginitas Flos est Ecclesiastici germinis, decus atque ornamentum gratia spiritalis, *Dei imago respondens ad sanctimoniam Domini;* & demum de Virginibus ait, quod sunt illustrior portio gregis Christi.

Dicendum tamen est cum S. Thoma in Sup- C pleme, qu. 96. art. 12. quod præminentia aureole ad aureolam potest dupliciter attendi: Primo ex parte pugna, ut dicasur aureola potior, quæ fortior pugna debetur: & per hunc modum aureola Martyrum aliæ aureolas supereminet quodam modo, & aureola Virginum aliæ modo; pugna enim Martyrum est fortior secundum seipsum, & vehementius afflens; sed pugna carnis est periculostior, in quantum est auctiornor, & magis nobis imminet è vicino. Secundo, ex parte eorum de quibus est pugna: & sic aureola Doctorum inter omnes est potior; quis buxusmodi pugna versatur circa intelligentias, alia vero pugna circa sensibiles passiones. Sed illa cunientia que attenditur ex parte pugna, est aureola essentialior; quia aureola secundum propriam rationem respicit Victoria & pugnam: diffinitas autem pugna qua attenditur ex parte ipsius pugna, est potentior, quam illa que attenditur ex parte rostris, in quantum est nobis vicinior: & tamen simpliciter loquendo aureola Martyrum inter omnes est potior . . . sed quantum ad aliquid, nihil prohibet alias aureolas excellentiores esse.

Quærunt alii, an in corporibus beatis futurum sit aliquid speciale correspondens aureolis in anima existentibus?

Huc etiam interrogatio satisfacit D. Thomas loco citato art. 10. ubi sic ait: *Sicut ex gaudio essentialis præmis, quod est aurea, redundat quidam decor in corpore, quægloria corporis: ita ex gaudio aureole resultat alius decor in corpore: ut sic aureola principaliter sit in mente, sed per quandam redundantiam resulget etiam in corpore vel in carne.*

Quod si adhuc quæras, utrum in toto corpore, vel in aliqua speciali parte, futurus sit ille E specialis decor? Respondet Sours in 4. dist. 49. qu. 5. art. 2. probabile esse quod talis decor specialiter fulgebit in capite, & figuram eujusdam coronula diversificata coloribus refert: non quod ex mixtione qualitatum naturalium, quæ in Beatis sunt, varietas illa colorum in aureolis oriatur; sed quod claritas ipsa gloria in capite bus Virginum decorum quendam albosis praefera; & in Martyribus coloris purpuri; in Doctoribus vero subvividis. Addit idem Author, alba lilia; Martyres palmas, juxta illud Apocal. 7. *Anisti stolam albam, & palma in manibus eorum;* &c. Doctores virides ramos: nihil enim vetat, quominus cœlestis claritas illas efformet varietates.

ARTICULUS IV.

De fructibus Beatorum, & quomodo ab Aureolis distinguuntur?

PRÆTER Aureolas, ad accidentalem beatitudinem pertinet etiam Fructus Spirituialis, seu Evangelicus, qui per metaphoram & similitudinem ad fructum materialem multipliciter dicitur. Primo enim ratione dulcedinis sumitur pro Dei fructu, quā in via, vel in patria reficiuntur, ut imperfētē, vel perfectē habent rationem ultimi: fructus enim materialis est ultimum arboris, & terminus virtutis ejus. Secundō sumitur pro actionibus virtuosis, ex quarum operatione mens etiam sincerā delectatione reficitur, sed non per modum ultimi; & hoc modo sumitur fructus ab Apostolo ad Galat. 5. ubi hujusmodi fructus duodecim enumerantur, scilicet *Charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas.* Tertiō sumitur, ut est quoddam veluti commodum ex labore agriculturæ expectatum; quod sensu loquens Apostolus ad Romanos 6. Habetū (inquit) fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam aeternam. Quartō tandem sumitur secundum quod ex bono quasi semine in terra bene disposita, in minori vel majori quantitate consurgit: ad quod alludens Christus Matth. 13. dicit: *Semen eceidit in terram bonam, & aliud dedit fructum centesimum, aliud sexagesimum, aliud trigesimum.* Et de fructu in hac ultima acceptione agimus in praetexto: qui definitur à D. Thoma in Suppl. qu. 96. art. 2. *Primum quoddam accidentale homini debitum, ex hoc quod ex carnali vita in spiritualem transit, ad modum quo exterreno semine fructus consurgit.* Tria autem quæ possunt de illo. Primum utrum differat ab Aureola, & quomodo? secundum, an soli virtuti continentiae debeatur? Tertium, utrum secundum tres continentiae partes, tres etiam fructus convenienter assignentur?

§. I.

Prima difficultas resolvitur.

Dico Primo: Fructus Evangelicus realiter differt ab Aureola, ita D. Thomas in 4. dist. 49. quæst. 5. art. 2. quæstiunc. 1. Scotus ibidem & alii.

s8 Probatur primo conclusio: Fructus consistit in gaudio quod habetur de ipsa dispositione operantis, secundum spiritualitatem gradum, in quem proficit ex semine verbi Dei: Aureola vero, in gaudio de operum perfectione perceptio: Sed haec duas rationes distinguuntur realiter; nam prima habet rationem viæ, tendentiae, & progressus; secunda vero rationem finis: Ergo Fructus Evangelicus realiter differt ab Aureola.

s9 Probatur secundo: Quæ possunt separari realiter, distinguuntur realiter: Sed Aureola, & Fructus possunt separari realiter, & de facto separantur, ut patet in viduis, quibus debetur Fructus, non tamen Aureola: Ergo realiter distinguuntur.

60 Tertiō: Fructus. & Aureola diversis divisionibus incompossibilibus dividuntur: Ergo distinguuntur realiter. Consequenter pater, probatur Antecedens: Nam Aureola dividuntur in Aureolas Martyrum, Doctorum, & Virginum: Fructus vero in Fructus Conjugatorum, Viduarum, & Virginum, quæ divisiones, sicutem duas ultimæ, sunt incompossibilis; & determinatio explicabitur: Ergo Fructus Evangelicus realiter differt ab Aureola.

Dices: Eadem merito non debentur diversi premia: Sed idem est meritum Virginum: Ergo non debent ei correspondere duo premia, aureola scilicet & fructus.

B Respondeo distinguendo Majorem: secundum idem, concedo: secundum diversa, nego: sic enim non solum unicum præmium, sed etiam tria eidem virginitati competit possum: nam prout imperatur à charitate, correspondet ei gloria celestialis; prout est opus habens rationem excellentis victoriae, Aureola; quatenus vero fit per illam à carnalitate ad spiritualitatem transformat. Fructus, etiam centesimus, ut dicta glossa luper locum Matthæi citatum, & afferunt D. Hieronymus contra Jovinianum, Beda in caput 8. Lucæ, & alii.

§. II.

Alia difficultas expeditur.

Dico secundò: Fructus trigesimus, sexagesimus, & centesimus, licet diversis rebus accommodari possit, specialiter tamen ratione corporis virtutis continentiae.

Probatur prima pars: Nam locus illæ Matthei exponitur à D. Augustino libro de sancta virginitate cap. 45. & 46 & à D. Thoma in Matth. cap. 13. de gloria celestiali: iuxta modum incipientium, proficiuentium, & perficiuum, vel etiam ab eodem Augustino lib. 1. quodlibetum Evangelicatum qu. 9. 10. & 11. de Coniugatis, Virginibus, & Doctoribus: à Theophilaceto, D. Anselmo, & D. Gregorio, de vita activa communis, de vita contemplativa, & de vita mixta perficie exercita: & tandem à D. Remigio, relato à D. Thoma in catena aurea, de bona cognitione, de bona locutione & de bona opere. Item Ecclesia in Hymno laudum. S. Joannis Baptiste, qui fuit Virgo, Doctor, & Martyr, tres istos fructus, Virginitati, Doctoratu, & Martirio, ejus acommodat, dum canit:

*Serta ter densi alios coronant
Aucta clementis, duplata quoq[ue]dam;
Trina centeno cumulata fructu;*

E Atqui haec SS. Patrum, & Ecclesiæ expositiones non possunt non esse legitime: Ergo &c. Probatur secunda pars, quæ est communis, ratione D. Thoma: Fructus Evangelicus illi virtuti præcipue correspontet, quæ hominem specialiter à carnis corruptione liberat, eumque efficit spiritualem: Sed hoc præcipue continentiae competit: Ergo distinctione illi Fructus Evangelici in trigesimum, sexagesimum, & centesimum, specialiter ratione competit virtutis continentiae. Major declaratur: nam Fructus Evangelicus oritur ex semine Evangelico, quod est verbum Dei, cuius proprium est carnales homines in spirituales & divinos convertere; ac proinde Fructus Evangelicus illi virtuti propriæ debent, quæ homines magis à carnis corruptione liberantur.